



DISSERTATIONIS
DE
AURO, in specie, MEDICO.

SECTIO I.
DE AURO IN GENERE.

CAP. I.
DE AURI DEFINITIONE.

§. I.



URUM commode potest vocari *metallum* Auri defi-
reliquorum nobilissimum, coloris inter flavum nitio, cu-
& fulvum medii, substantia sua maxime soli- jus
dum non aque adeo durum, & ob perfectam
elementorum suorum, sulphuris nempe puri fi-
xissimi, mercurii defecatusimi atque alicujus salinae terrestri-
materiae mixturam admodum ductile, inserviens non tantum
usibus communibus & mechanicis, verum & medicis egregiis.

§. II.

Auri vocem quemadmodum ex *Græco àvès, ful-* (1.) Defi-
gor, non incongrue deducunt Autores, quoniam ad- nitum,
modum est splendens, & hinc *Poëtis fulvum, nitidum,* hujusque
rutilum vocatur, ita denuo hoc nomen *àvès Vosso lib. 2.* Etymolo-
gia,

A

de

de Idololatria, cap. 27. & 64. recte ex Chaldaico 𐤎, OR, Lux, Lumen, Sol, deducitur. Græcis dicitur χρυσός.

§. III.

Homonymia.

Et quoniam adeo nobile, indeque pretiosum est metallum, inde etiam, per translationem (1.) sæpius quicquid eximie pulchrum atque præstans est, *aurei* & *aurei* nomine venit. — Unde *aurea fortuna Poetarum*, *aurea mediocritas*, & *aurei mores*, Horatii; *aurea dicta Lucretiis aurea hora Catulli*; *secula aurea Virgilio* &c. (2.) Quicquid *splendens* est, *aureum* vocatur iisdem, e. g. quando *Virgilius* lib. X, *Æneid.* inquit:

Jupiter hæc paucis: at non Venus aurea contra.

(3.) a candore insigni, *Manilius* *olorem*, *olorem aureum* vocavit lib. V. *Astrom.* v. 379.

Hos erit & similes tribuens olor aureus artus.

(4.) a colore flavo, *aurea casaries: Virgil. Aeneid.* 8, 659.

Aurea casaries illis, atque aurea vestis, &c.

(5.) a colore hoc & nobilitate simul, *Balduinus aurum auræ sulphur suum Nitri* vocat, quod pro eodem habet *Illustris Dr. Vedelius* præceptor meus ætatem de venerandus *Pharm. suæ acroamatic.* p. m. 143. Huc etiam referri meretur *aurum horizontale Chemicorum*, quod non *aurum*, sed *mercurium precipitatum martis & antimonii* notat, perinde ac (7.) *aurum musicum* iisdem vocatur *massa ex stanno anglico, mercurio, sulphure, & sale ammoniaco* conflata; Vid. *Chym. Leidensia*, p. 107. & 176. Quibus (8.) addi potest veterum *aurum leprosum*, quo nomine *plumbum* iis solet insigniri.

§. IV.

& Synonymia

Ad *Synonymiam* nostri *definiti* referre poteris, quod communiter & *solis* nomine veniat, & *regis metallorum*. Illud ex *Astrologicis* vanitatibus suum ducit ortum, quando *Astrologi* unicuique septem metallorum suum plane-

planetam, tanquam formatorem & effectorem hujus potissimum, adjudicavere, ex quibus *aurum* illum *solis*, tanquam cæterorum planetarum choragum accepit, ita, uti hic reliquos planetas & radiorum claritate & puritate, sic & aurum reliqua metalla sui perfectione & puritate vincat. Eadem vero ratione *Rex* etiam *metallorum* vocatur quoniam reliquorum est nobilissimum atque pretiosissimum uti jamtum est dictum. Lapidem vero Philosophicum, quem illud *Philosophia occulta objectum* vocant *Alchimista*, nostrum non vocabimus *aurum*, cum hoc potius nomen ad *aurum* illud *arte paratum* spectet.

§. V.

Vocatur vero *aurum* metallum, id est *corpus natu-* (2.) *Ge-*
ræ igne liquabile, & sub malleo ductile. Ubi obiter no- nus.
 ramus, & hanc *metalli* vocem esse *græcam*, & nomen
 habere a *μετ' ἄλλην*, quoniam eorum *vena*, *una post aliam*
reperiuntur. Illud vero, quod sunt corpora igne liqua-
 bilia, habent, secundum *Corpusculariorum* sententiam, ex
 eo, quod metallorum *moleculæ* ita sunt figuratæ, uti
 ignis corpuscula illarum *interstitia* intrantia & perva-
 dentia, atque magna vi contra has *moleculas* arietan-
 tia, earum inæqualitates, angulos & mucrones, per
 hanc attritionem, prorsus deterant, atque inde globo-
 sas, læves, lubricas, & ad motum aptiores reddant. Eas
 ergo dum ita disponunt, ut se invicem in quibusdam
 tantum suarum *superficierum* partibus, per hanc no-
 vam acceptam figuram, tangant, *incontiguæ* vero in
 reliquis permaneant; hinc *igneæ* particule has inter
 collectæ eisdem *juxta* suas invicem *superficies* facilli-
 me volvunt, atque, uti una *molecula* aliam nullo nego-
 tio præterlabatur, efficiunt. Verbo: *liquabilitatem* *Chi-*
mici a *mercurio*; hanc vero *ductilitatem* a *sulphure me-*
talli-

zallictis, de quibus in sequentibus pluribus dicendum, deducunt. Perinde ac *ductilitas metallorum* in molecularum metallicarum quiete respectiva, earum implicatione ac tali figura, uti sese in latiori superficie suarum portionibus contingere queant, *Atomica Philosophia* statim consistit. A quibus hoc in casu non discrepantes esse *Cartesianos*, qui has particulas longas esse statuendas, contendunt vel unicus *Robaultus* eloquetur *Tract, Physic. p. III. c. VI. num. 16. p. m. 364.*

§. VI.

(3.) Differe-
rentia, a
nobilitate,
oc,
Differt porro sequentibus reliquis theses primæ verbis *aurum* a reliquis metallis, & quidem (1) ratione *nobilitatis*, quam præ reliquis habet. Hæc autem partim est *moralis & imputativa*, partim *naturalis*, quam prior supposuisse videtur. Ut enim in his valor & pretium ex arbitrio eorum dependeat, qui hoc rebus ipsis imponunt, ita, ut notissimum hodie exemplum *Potentissimi Regis Gallie chartas pro monetis* substituerit defectu auri argentique; longissimis tamen retro a temporibus *aurum* huic negotio fuit destinatum, & in commutatione rerum adhibitum. Pendet vero *hac* hujus metalli *nobilitas a qualitatibus* mox nominandis, *soliditate, gravitate & ductilitate* maximis, quibus reliqua metalla ad sensum superat. Hanc *nobilitatem* credo præcipue respexerunt, qui cum *Aristotelica schola metalla in perfecta & imperfecta* diviserunt, & ex *perfectis* primo loco nominant *aurum*. Quam divisionem ægre fert *Experientissimus Fischerus*, atque graviter in hos invehitur, qui eandem in scholas introduxerunt, *Consiliari sui metallici §. 24. p. 221. ita inquit: Nec minus celebris hucusque scholarum distinctio inter metalla perfecta & imperfecta extitit. Impudens sane stolidus, impia, & ad Scythas & Garamantas releganda. Quelibet species sua gaudet perfe-*
,, etio-

„*Etione; quicquid enim fecerat Ter Gloriosus, erat bonum,*
 „*erat perfectum. Nec aurum est perfectio ferri, nec argen-*
 „*tum plumbi. Numquid homo erit perfectio pulicis, vel*
 „*quod magis pediculi, qui excremento humano ortum debet.*
 „*Construe ex horum alterutro hominem, & eris mihi ma-*
 „*gnus Apollo. Sane quodvis metallum suam ab aeterno tra-*
 „*xit destinationem, nos in hac mentis caligine latentem. To-*
 „*lerat vero eandem, imo & huic favere videtur doctis-*
 „*simus Junckenius in suæ Chymiaë experimentalis curiosæ*
 „*Sect. V. p. m. 340. atque hanc perfectionem ex eo dedu-*
 „*cit, quod ab impuritatibus si non omnibus, tamen plu-*
 „*rimis sic dicta metalla perfecta universali correctore li-*
 „*berata puriori nitore fulgeant.*

§. VII.

Differt porro ab aliis metallis aurum nostrum *Colore, Colore,*
 qui est inter *flavum & fulvum medius.* Ubi paucis no-
 ramus, cum hic de *auro* loquamur *finisimo*, seu *obryzo*
 vocato, nullasque alias particulas metallicas admixtas
 habente, huic etiam magis hunc colorem deberi, &
 quo magis vel argenti vel alterius metalli in conforti-
 um datæ sunt particulae, eo etiam magis ab hoc colore
 divergit, & ad flavum declinat, quale quid in *auro coro-*
nario, quod germanis *das Kronen-Gold* vocatur, statim
 apparet. Idque adeo verum est, ut commune etiam
 examen *auri lapidi lydio affrici* huic ipsi coloris iudicio
 sit inædificatum. *Acus enim prima ex auro puro puro*
constructa XXIV. ceratiis constat, secunda XXIII. &
ceratio uno argenti; tertia ex ceratiis XXII. & duobus ar-
genti, & sic porro. Pro quorum ingredientium pro-
 portione etiam sensim *color* ille magis ad *flavum* diver-
 git. Quem *auri saturatum colorem Chymici a puriore ac*
fixo admodum auri Sulphure, (secundum axioma eor-
um omnis color a Sulphure,) deducunt. Hocque Sulphur
 etiam

etiam ab ipso *auro* per eos, qui interiora *Chimiae* seu potius *alchimiae* sunt ingressi & *adepti* vocantur, separari & extrahi possibile, esse *coloris purpurei* volunt, atque hoc insimul affirmant ex hujus *Sulphuris purpurei* & reliquæ, post hujus extractionem, residuæ candidæ massæ particulis flavum ad fulvum magis accedentem oriri colorem, haud dispari ratione, uti ex rubentibus cupri & candidis *Zinci* particulis debita proportione invicem mistis metallum oritur, *auri colorem* per omnia referens & millenis hodie ornamentis, aurum mentientibus, effingendis apprime aptum.

§. VIII.

Soliditate,

Substantia auri est maxime solida & præ omnibus aliis compacta, inde orta, quod ejus particulæ arctissime quasi juxta se invicem sint positæ. Enim vero, quamvis hoc metallum reliqua singula in hac soliditate superet, poris tamen adhuc ejus minima ab invicem esse distincta statuendum est, cum nullum usque huc repertum sit, corpus adeo solidum, uti omnibus fuerit cavitatibus destitutum. Quo magis mirandum est artificium & experimentum *Beccheri*, quod refert *Physic. suæ* „subterraneæ lib. III. Sect. III. c. III. n. 23. quo, mediante „terra sua pingui (ita enim *sulphur Chemicorum* appellat) „aurum ita penetrans reddidit, ut crassam vitream retortam penetraverit, & foras, circa totam retortam „rubicundam diaphanam cuticulam fecerit, retorta tota & integra manente, intus nihil tincta, sed omnimode sibi simili, cujus frustula tunc apud eum adhuc „asservata: nam potiorem retortæ partem se liquefecisse „ut videret, quid ex coalitione & mixtione expectandum: accepisse se autem vitrum coeruleum semiopacum, opali instar, sanguineis & intenso ruffis striis hinc „inde notatum, auri vero nullam reductionem se animadver-

„madvertisse. De *mercurio Vivo* notum est, illi per poros
 „quorundam corporum transitum posse dari, qui eun-
 „dem tamen aereis particulis denegant. Sed quid istud
 „erga præsens experimentum? Ex hac soliditate *auri*
 „sponte & illud fluit, quod præ reliquis omnibus sit *ponde-*
 „*rosus*. Enim vero notissimum est in *Scholis Physicis*, quod
 „corporum pondera non ab illorum formis oriantur, sed
 „a materiæ quantitate pendeant, atque quod corporis
 „cujusvis pondus ex aucta solummodo, vel diminuta
 „hac materiæ quantitate augeatur vel diminuatur. Hanc
 „vero ipsius *auri* ponderositatem ea propter definitio-
 „nem, *auri* datam ingredi nolimus, quoniam est conse-
 „quens soliditatis. Ex qua & illud sequitur, quod ejus
 „quoque eadem moles ad reliquorum metallorum illam
 „comparata minus spatii occupet, quando reliqua metal-
 „la sub eodem pondere semper majorem molem offe-
 „runt, adeo, ut vel ex hujus ad aucta diametro judicium
 „ferre liceat de *auri* impuritate seu adulteratione. Quo
 „ex fundamento *Archimedes* fraudem aurifabri, qui
 „pro dato *auro* adulterinum in corona regia substitue-
 „rat,prehendisse, omnibus est notum. Ubi, occa-
 „sione hujus, non possumus præterire meliorem hujus
 „examinis modum, allatum ab *Olao Borrichio*, in sua Do-
 „cimenta Metallica p.m. 35. qui postquam ingeniose con-
 „cluserat, quod iis, qui more *Archimedis* per immersio-
 „nem *auri* in aquam procedunt, si ad minutias descenda-
 „tur, hæsitura sit aqua, quando aquam ponderant, se-
 „quens artificium subministrat, inquiens: Certiori ex-
 „perimento fila rem definiunt, quæ ex duobus nobilissi-
 „mis, sed itidem purissimis metallis conflata, si per idem
 „ferrei cribri foramen valide ducantur, & mox ad ean-
 „dem præcisè secantur longitudinem, accuratum ponde-
 „ris utriusque metalli ostendunt discrimen. A quo pon-
 „dere

Et hinc
 pondero-
 firate,
 unde

sub eo-
 dem pon-
 dere mi-
 nimæ est
 molis,

„dere cum varie permista fila per idem traducta fora-
 „men declinent, ex diversitate illa ad calculum vocata
 „divinabitur, quantum in filo ex auro argentoque mi-
 „sto, auri, quantum argenti delitescat. Ita annulum
 „torquis, ita monetam ex auro coronario, Rhenano,
 „Hungarico, Arabico sine igne, si filum inde ducatur,
 „& cum filo alio obryzo ejusdem longitudinis compa-
 „retur, explorabis non inuiti experimento.

Nec rubi-
 ginem,
 situm, aut
 squalo-
 rem con-
 trahit,

Nec minus ex hac *auro soliditate*, pororumque,
 ejus parvitate & angustia illud fluit, quod neque rubi-
 ginem, situm aut squalorem contrahat, neque igni
 commissum quicquam de suo pondere, vel magnitudi-
 ne deperdat. *Chimici* prius deducunt a perpauco sale
 vitriolico, quod, quo copiosius metallis est admixtum,
 eo magis etiam Sulphur metallorum, tanquam omnis
 cohæisionis principium, aggreditur, illudque destruendo
 poros patentiores reddit, ut aqueis illis particulis
 facilius detur introitus, sicque a rubigine consumantur,
 id quod exemplo ferri facile patet. *Corpusculari*
 vero *addicti Philosophia* idem a pororum angustia non
 incongrue deducunt, quæ ab injuria hac externa me-
 tallum nostrum fortissime defendit.

Nec ab
 igne vul-
 gari con-
 sumitur,

Perinde ac quicquid ignis adoritur, illud eo faci-
 lius destruit, quo ipsi liberior est ad interiora ejus adi-
 tus. Id vel communissimo lignorum exemplo ad oculo-
 lum monstrari potest, quæ quo laxiora, eo facilius
 flammam concipiunt, quo vero solidiora, eo magis
 igni resistunt. *Unde* vel ex hoc capite *Vitruvius* lib. II.
 cap. 9. p. m. 35. *Laricem* ad ripam *Padi* & maris *Adria-*
tici obviam arborem ad extruenda ædificia maxime
 commendat, quod flammam ex igne non recipiat.
 Hic *Vitruvii* locus, cum argumentum nostrum egregie
 „illustret, sequens est: *Larix* flammam ex igni non
 „reci-

„ recipit, nec ipse potest per se ardere, nisi (uti saxum
 „ in fornace ad calcem coquendam) aliis lignis uratur;
 „ nec tamen tum flammam recipit, nec carbonem re-
 „ mittit, sed longo spatio tarde comburitur, quod est mi-
 „ nima ignis & aeris e principiis temperatura. Humore
 „ autem & terreno est materia *spisse solidata & non habens*
 „ *spatia foraminum, quo possit ignis penetrare, rejicitque*
 „ *ejus vim, nec patitur ab eo sibi cito noceri propter-*
 „ *que pondus ab aqua non sustinetur, sed cum portatur,*
 „ *aut in navibus, aut supra abiernas rates collocatur.*

Ignem vero cui potentissime resistit aurum intel-
 ligimus communem & vulgarem, non illum cœlestem
 è radiis Solaribus in unum collectis exortum. Is enim
 nostro longe potentior, quemadmodum & asbestum,
 five alumen plumosum ex experientia *Kircheri Mundi*
subterranei Tom. II. Sect. 3. etiam ex fornacibus vitria-
 riorum illæsum intemeratumque semper extractum ita
 adgreditur, uti post exiguum novem minutorum hora-
 riorum spatium idem in vitrum subfulvi coloris conver-
 tat ac fundat, ita & auri solidissimam compagem eum in
 modum liquefacit, ut parvi temporis spatio experimen-
 tatori obviam molis imminutionem exhibeat. Cujus
 experimenti beneficio vitri caustici majoris à B. *Tschirnhu-*
sius parati oculatum se testem fuisse retulit mihi *Experi-*
entissimus Dn. Rud. Christ. Wagner, Mathematicum ac Physicæ
Professor ordinarius in Academia Julia, qua Helmstadi flores,
Dominus Hospes atque Præceptor meus honoratissimus. Cu-
 riosa sunt experimenta quæ circa hoc *phenomenon* bene-
 ficio ejusmodi vitri caustici per- magni *Tschirnhusiani*
 instituit Dn. *Homburgius Illustr. Academ. Scientiarum Pa-*
risiensis membrum dignissimum, relata in Historia Academia
hujus hinc inde, v. gr. ad annum 1702. p. m. 47. verbis
 „ sequentibus in latinam translatis: *Aurum depuratum*

Quod ta-
men fit ab
igne sola-
ri.

B

quam

quam fieri potest maxime, commissum foco crepitat, seu substi-
 lit (instar vini infusi in vitrum) & projicit de se ad di-
 stantiam 7. vel 8. pollicum infinitam copiam parvarum gut-
 tularum, qua excepta in charta, & collecta efficiunt pulve-
 rem verissimi auri, & cujus omnis immutatio consistit in
 sui divisione. Aurum aliquantulum remotum à loco foci,
 statim fumat, & fere exemplo non minima hujus copia
 mutatur in vitrum violaceum fufum, & si quis velit, omne
 quod non abis in fumum, in vitrum converteretur. Vitrum
 auri minori gaudet pondere auro ipso. Jam vero adhuc pa-
 rum à pristino hoc extra focum loco remotum, non nisi
 fumat, & hoc quod hac ratione consumitur, non nisi
 tarde consumitur. Ex quibus Phenomenis statim
 illud patet, auri substantiam non esse adeo fixam, quoni-
 am avolat commissa calori & igni solari, & saltim esse eandem
 alem habito respectu ad ignem grossum & minus acti-
 vum laboratoriorum. Ex hoc quoque concluditur esse ejus substanti-
 am intimius decompositam, seu è diversis elementis mixtam,
 quoniam una ejus pars abis in fumum altera vero que ab hac
 permultum debet differre, commutatur in vitrum.

suij ratio
 indagatur

Quoniam autem hoc Generosissimi herois Tschirn-
 husii b. m. inventum majorum vitrorum causticorum
 nobis novum & præstantissimum rerum naturalium
 clavem atque analytam dedit, cujus ope nova pror-
 fus Chimie atque inde etiam physices facies jam tum
 prodire incepit, ea propter è dignitate nostri erit ar-
 gumenti, uti parva instituta digressione de ratione
 illa pluribus adhuc dispiciamus, ob quam ignis solaris
 prævulgari adeo est potens, atque conceptum omnem
 de soliditate auri omnium maxima evertere valens.
 Neque vero in eo defecit equeidem aut seignior fuit,
 opera illorum per ignem Philosophorum, quibus placi-
 tum hoc de auri soliditate maxima debemus, quoniam
 sen-

fenſuum is armis ipsis nondum datis ratio ipſorum
ulterius haud eſt progredi auſa. Nunc vero feliciter
hoc ſeculum noſtrum omnem hanc gloriam invento
memorato *Tſchirnhuſiano* certe atque recte adjudicat,
adeo ut nihil hodie adeo durum ac ſolidum inveniatur,
quod ſe à ſui diſſolutioni contra hanc hoſtem vel per
paucum temporis ſpatium poſſit defendere. Lauda-
bili inſtituto hanc rationem nobis dedit ſupra laudatus
Homburgius in recenſione *obſervationum per vitrum cau-
ſticum factarum Anno M D CC II.* pag. m. 191. & ſeqq.
cujus ſecundum placita ſtriſtim dicendo (1) *quid ſit
ignis noſter vulgaris,* (2) *quomodo is in corpora ipſi concre-
dita agat,* & (3) *qua ratione ab eodem ignis ſolaris dif-
ferat.*

*Ignis ergo noſter vulgaris eſt ſubſtantia fluida, com-
poſita ex materia luminis, & oleo lignorum, vel carbonum.*
Hoc igitur liquidum, aëre qui nos circumdat multo le-
vius petit locum, in quo minus urgetur, hoc eſt ſub-
tiliorem, & aſcendit, hoc eſt, à terra noſtra ſecedit
& ſeſe elongat.

Hujus ignis ſeu flamma particulae cum ſint valde minutae, (2) *quo-
& inde aptae, uti in poros corporum maxime ſolidorum pen-
trare queant, tum eò magis in eos adiguntur, ſi accedat vel
violentus earum aëris contra hæc corpora impulſus, qui
communiter per ſelles, aut tubulos illos, efficitur, quæ
germanicè, **die blaſ Rörchen** / vocantur, vel poro-
rum laxamentum, quod per addita ſalia. ſal ammonia-
cum, nitrum, borracem & reliqua obtinetur. Ita
enim intromiſſæ hujus flammæ particulae ſtatim cor-
porum particulas adgrediuntur, atque pro indole
earum, debita ipsis mora conceſſa eaſdem ab invicem
divellunt atque diſſociant adeo ut modo ſub forma ci-
nerum, in lignis & herbis, modo ſub forma fluida*

cujusdam, in metallis & vitris corpus illud dissociatum
apparet, cujus particulæ disunitæ statim iterum cœunt,
ac corpus solidum denuo efformant, quam primum.
violentia ignis vel flammæ remittere incipit ac ces-
sare.

(3) qua
ratione ab
eodem
ignis sola-
ris differe-
rat!

*Est ignis solaris non est nisi simplex illa luminis mate-
ria per aërem expansa, sine ullo additamento oleosa cujus-
dam materia lignorum vel corporum similium evibrata è
sole.*

*Hac materia per vitrum causticum collecta & in suf-
ficianti quantitate corpori cuidam allidens illud pene-
trat, ejusque particulas disjungit fere eodem modo,
uti de igne vulgari est dictum.*

Primo,

*Prima igitur, differentia horum duorum ignium con-
sistit in eo, quod particula ignis solaris tanquam materia
simplicis sint infinita propemodum ratione minores illis ex
quibus ignis vulgaris constat, quoniam in hoc grasfior
mixture est olei lignorum cum materia lucis.*

Secundo,

*Secunda verò notabilis eorundem differentia est, quod
aër, tanquam ponderosior igne pellit ignem & flammam se-
cundum leges æquilibræ fluidorum, sine quo aëre flammæ
nullus inest impetus. At ignem solarem prorsus non
juvat aëris actio & impetus, quod vel ex eo statim patet,
quoniam flamma in vacuo durare nescit, cum è diverso
radii Solares eadem violentia agant in vacuo, atque
extra illud & in aëre libero.*

Unde non
potest
non di-
versus ori-
ri effectus:

*Ex hac igitur ignium horum, tanquam causarum
agentium differentia non potest non diversus quoque ori-
ri effectus. Ad quem melius ostendendum, illud erit quoque
notandum, quod pori corporum fusibilia post eorum
fusionem vestigia & reliquias utriusque ignis adhuc re-
tineant, id quod partim ex eorum aucto pondere, par-
tim ex eo patet, quod certa quædam metalla antea
bene*

bene malleabilia & tractabilia, post fusionem, aut in igne carbonum fossilium candefactionem, evadant fragilia, & intractabilia.

Hoc ergo supposito, ut è diverticulo in viam redeamus, facile patet, quod aurum per ignem Solarem fusum accipiat poros multo angustiores, ac fusum igne vulgari, quoniam hujus particula illius istis multo sunt grossiores. Et quoniam hoc ea propter major copia aderit in poris laxioribus ignis vulgaris ac est in poris angustioribus illa ignis solaris. Id quod in sequentibus ad declarandum phenomenon aliquod circa reductionem auri in calcem per aquam regiam nobis multum emolumentum præstabit.

Ex iisdem etiam illa observatio venit declaranda, qua patuit, aurum igne hoc Solari fusum ante, difficulter admodum post hæc fundi igne vulgari, cum hujus particula in poros auri, multo angustiores per ignem Solarem redditos, non adeo promte valeant intrare.

Hæc igitur huc usque dicta demonstrabunt, quod, cum aurum potentissimo huic, ignis nempe solaris, destructori resistere haud valeat, tum vitrum, in quod post fusionem abiit aurum, necessario multo levius quoque esse debere aequali moli auri. Id quod etiam experientia dedit confirmatum, quando vitrum hoc auri ne quidem decimam partem ejusdem pondere postmodum expresit, prout idem refert laudatissimus Hombergius, in catalogo Academ. Reg. scientiarum anni 1707. p. m. 51. quoniam sub illa ignis Solaris tortura plurimum illius substantiæ volatilis, quam post hæc mercurium vocabimus deperdidit, residuis saltim adhuc sulphure quodam metallico & materia quadam salina ac terrea, tanquam vitri hujus basi ac fundamento.

Inde igitur accipit aurum poros multo angustiores,

ut postmodum igne vulgari difficulter admodum fundi queat,

& multum etiam sui ponderis amittit,

Medioeris
ipfi auro
est duri-
tias.

Quamvis vero ejus tanta est *soliditas*, tamen *duritie* multum ab aliis metallis, & nominatim à ferro superatur, cujus *causam* variam iterum allegant, diverfarum sectarum *Antislites*, ita tamen comparatas, ut facile conciliari queant: *Chimici* enim hanc aliorum, & nominatim ferri, majorem duritiem deducunt à *Sale vitriolico*, (vid. *Boyle Hist. fluidit. & firmit. P. II. Sect. I. p. m. 50.*) copiosiore in marte, perpauco autem in *Sole*, seu *auro*, cujus austeritas faciat, ut partes ejus difficulter admovendum externæ adhibitæ violentiæ, limæ, vel aliorum acutorum instrumentorum cedant, *Corpuscularis* vero *Philosophia Patroni* hoc *Phænomenon* ita deducunt: *Aurum* dicunt constare particulis maximam partem æqualibus, & similibus, suisq; superficieculis planis sibi satis adaptatis. Unde consequatur, id ipsum propter interceptos paucos poros & grave esse, & durum mediocriter, & præterea ductile malleo, quod partes tales (inftar planorum marmoreorum politorum) verticaliter quidem ab invicem difficulter divellantur, ad latera vero & horizontaliter facile emoveri, & lubricando quasi, cedere valeant. Unde ingeniose deducunt, stare juxta se posse, & soliditatem, & duritiem mediocrem, & ductilitatem egregiam. Hanc ita *Philosophandi* rationem tenet Doctissimus *Geminianus Montanarius Acad. Bononiensis* tunc Professor Mathematicum celeberrimus, in sua idiomate Italico conscripta, speculatione *Physica* circa effectus vitrearum guttarum sive lachrymarum p. 71. cum quo ad eandem congruentiam partium facientia habent & *Bernoullius de gravitate aetheris* & *Perraultius*. (*Mr. Perrault*) in suis *Gallica lingua* expressis tentaminibus *Physicis*. Jac. etiam *Rohaultus*, qui mediocrem hanc auri duritiem deducit ex asperitate corpusculorum & molecularum

(84)

larum aurearum, & quod illa interruptionis species inter auri partes reperiunda in causa sit, quod paulo faciliorem transitum secantium instrumentorum aciei præbeat, *Traët. Physic. sui Part. III. Cap. VI.* non multum ab his ablutere videtur. Ut *Boyleum* ipsum taceam in suis de *Mechanica fixitatis Productione experimentis*, Cap. I. p. m. 87. & Cap. II. & *Clarissimum Papinum in Schediasmate suo de gravitatis causa inserto Act. Erudit. Lips. anni 1689, p. m. 188.*

§. X.

Quemadmodum vero miranda erat auri mediocris durities cum ejus maxima soliditate conjuncta, ita ejus stupenda prorsus est ductilitas, qua minima ejus moles in tantam vel longitudinem vel superficiem potest duci & extendi. *Boyleus de mira subtilitate effluviiorum* Cap. II. plura hujus exempla egregia refert v. g. instituto experimento circa deaurationem filorum argenteorum collegit unciam unam argenti pro deauratione requirere auri foliari grana sex, atque inde calculum subduxit, hac ratione, talem auri unciam unam pro deaurando tali filo argenteo ad XC. vel C. milliaria exporrectam iri. Imo, cum ejusmodi filum argenteum notabilem tamen adhuc latitudinem in sui cylindruli superficie, illam per calculum ad planam redigendo, ostendat, ulterius subnectit, fatendum esse cavum cylindrum seu vaginam auri non nisi 8. grana pendentem, extendi adeo posse, ut ad sexagecuplam ejus, quam obduxit, pondere quantitatem fili argentei se exporrigat, proindeq; (cum unum fili istius granum compertum fuerit XXVII. pedum habere longitudinem) una uncia auri, (sic concludit *Boyleus*) ad 7776000. pedes, hoc est ad 155. milliaria & plusquam dimidium exporrigetur. Perinde ac *Experientissimus Scheuchzerus, Physices sue P. II. Cap. XXXI. §. 19.* refert,

Aurū Au-
pendæ est
ductilita-
tis, tum.

in fila
exporre-
ctum

unum

unum granum auri in filum adeo tenue duci posse, ut 402. pedum longitudinem adæquet.

tum in
bractæas
& lamel-
las expan-
sum,

Non minus per *Bractæatores*, seu artifices illos, qui aurum in tenuissimas lamellas & bractæas diducunt, idem *Boyleus* tentamen hujus ductilitatis instituit & deprehendit, unum granum auri ab ipsis in adeo tenuia folia extendi, uti area eorum plus quam quinquaginta pollices quadratos comprehendat. Plura horum exempla suppeditant supra allegatus *Rohaultus Tract. Physic. P. I. Cap. IX. §. XI.* & *inchtus Anglorum Mathematicus Hallejus in Actis Philosophicis numero 194.* Hæ respiciens *Ill. VVedelius* dicit; *Aurum præ reliquis est ductile stupendis evulsionibus sub mallei imperio.*

§. XI.

Cujus
causa se-
cundum
Corpus-
cularios,

Causam vero hujus ductilitatis Corpuscularii conjiciunt *in auri particulas arctissime juxta se invicem sitas atq; ramosas*, ita ut hujus ratione *molecula aurea* sibi mutuo irretitæ, aliæ alias firmissime amplectantur, teneant neq; facile dimittant, verbo, efficiant, ut mutuo hoc vinculo & amplexu junctæ, attenuentur equidem & elongentur salva tamen earum continuitate. Unde, illud quod *aurum in tanta tenuitate*, argentum tamen, vel alia corpora obtegat prorsus, ejus molecularum *exiguitate*; quod vero adeo extendi queat, harum *figura ramosa* adscribunt. *Cartesiani* primas hæc *partes metallicas longas tenacesq;* credunt & æstimant. Si *longiuscula* supponantur, facile esse percipere eas, arcte sibi impositas certo modo compressas posse sese invicem equidem subducere, non tamen facta omnimoda separatione. Et hinc metalla, malleum experta, per longitudinem difficilius rumpi, utpote secundum longitudinem suam continua,

& Chimi-
cos

Nos autem cum Chemicis facientes, hanc ductilitatis causam rejicimus in perfectam elementorum auri, sulphuris
nem-

venpe metallici puri fixissimis, mercurii defecatisissimi, ac alicujus materiae salinae terrestriſq; mixturam. Has tres substantias vocamus elementa auri, quæ ab aliis principia ejusdem nominantur. Neq; vero, si verum fateri volumus, adeo à nobis hos invenimus dissentientes, modo vox hæc recte explicetur, & per eandem non intelligantur principia prima, ac remotissima, sed principia proxima, seu principiata potius, verbo, partes seu substantia ille, ex quibus proxime constat aurum, & in quas idem etiam demum dissolvitur. Inde ergo neq; à Boyleo, neq; à Bechero & aliis movemur, ut hæc nomina dimittamus, substitutis aliis, idem tamen re ipsa, & non aliud involventibus & significantibus. Notus est integer tractatus Boylei, Chimista Scepticus appellatus, in quo, & passim, alibi, vanitatem nominum horum multa opera ostendere laboravit: Perinde ac Becherus in Physica sua subterranea pro sulphuris principio, terram pinguem, & pro illo mercurii terram fluidam substituit, impropriad & in his locutionem passim accusans. Nos ex schola illustris Vvedelii & placitis ejus partim in Physiologiis utrisq;, partim in Pharmaciis utrisque, Tabulis Chemicis & Commentationibus Chemicis Mstis à quibus gravissimos nostræ ætatis viros & Chemicos non abeuntes videmus, has voces retinemus, & quid illæ nobis velint explanare adgredimur.

§. XII.

Per Sulphur ergo metallicum intelligimus substantiam auri seu partes ejusdem ramosas plicatiles, invicem arētissimo nexu copulatas, inflammabiles quoq; quadantenus hospitium & matricem præbentes luci ipsi, tanquam agentii in his primario. Unde cum circa hanc elementorum nostrorum doctrinam insignem & egregiam prorsus occupaverit operam in superioribus jam tum omni encomio memoratus Experientissimus Hombergius tum ex

Quid per sulphur metallicum intelligatur, quod

C

hujus

non est
confun-
dendum
cum sul-
phureo
principio
simplici,
nempe
materia
lucis, qua

Juncta
corpori
mercuria-
li sulphur
metalli-
cum con-
stituit,
idque vel
purum
vel impu-
rum,
fixum in
auro,
volatile in
reliquis
metallis,
Fixum
quare di-
catur,

& quae
hujus fixi-
tatis ra-
tio.

hujus placitis articuli tertii tentaminum Chemicorum, Cata-
logo academia regia Parisiensis scientiarum anni 1706. p. m.
336. insertorum: Primo distinguimus inter principium
sulphureum simplex, & idem tanquam metallicum. Illud
prout fuse ostendit idem Hombergius in catalogo anni
precedentis 1705. p. m. 117. nihil aliud notat, quam partes
lucidas ipsas tanquam solum in his mixtis principium activum,
omnisq; in his motus unicam principium naturale. Hoc ve-
ro sulphur nempe metallicum notat materiam lucis seu
principium sulphureum modo recensitum, quatenus junctum
est mercurio, aut corpori cuidam mercuriali, quodcumq;
illud sit. secundo hoc sulphur metallicum differt ratione
puritatis & impuritatis. Purum maxime conspicitur in
auro & argento, impurum & cum aliis adhuc mixtum,
sustantiis in reliquis metallis.

Unde tertio etiam reddetur sulphur hoc metallicum vel
fixum in auro & argento, vel volatile etiam in reliquis
metallis. Ita tamen, ut quarto iterum hujus sulphuris fixi
major sit copia in auro, minor vero in argento. Fixum er-
go proinde nobis vocatur hoc metallicum sulphur, quoniam
quacunq; ratione & quamdiu etiam aurum ignis vulgaris
tortura committitur, nihil tamen de hujus sulphuris substan-
tia eidem decedit & in auras avolat. Dicimus denuo ignis
vulgaris tortura & benevolum Lectorem ad jamtum in
§. 8. superiori dicta remittimus, quoniam alia est ra-
tio ignis solaris, qui concentratus violenter admodum
impingit contra moleculas auri fusas atq; non exiguam
hujus sulphuris partem a reliqua divulsam una cum
mercurialibus elevat, & sub forma fumi atollit.

§. XIII.

Rationem autem hujus fixitatis & volatilitatis paucis
damus. Quando igitur sulphur metallicum sese non nisi su-
perfacialiter per longas digestiones particulis mercurialibus
jun-

jungit, tunc *volatile*, & facile iterum ab his separabile constituit. Quando vero idem *sulphur* hoc metallicum volatile vel per longiorem, aut fortiorem coctionem, vel quacunq; alia ratione aut industria in interiora substantiæ hujus mercurialis intrat, eamq; intimius pervadit, tunc ex *sulphure metallico* volatili *fixum* & tale redditur, quod per flammam ignis vulgaris attolli & elevari haud potest. Et quoniam ex hoc potissimum *sulphure metallico puro* & *fixissimo* ejus *ductilitas* nobis deducitur, ea propter facile erit per experimenta instituta demonstrare, quod, quam primum hoc *sulphur* per alia addita fuit impurius redditum, statim *aurum* de hoc ductilitatis statu remisisse & frangile redditum esse.

demonstrata per experimenta & observationes:

B. Ludov.

Elegans est hujus observatio B. Ludovici inserta *Ephemeridibus Germanicis Natura Curiosorum Dec: I, anni III. Misc. 248ma.* quando Nobilis quidam Podagricus spiritu quodam Podagrigo fuliginis præsertim *rectificatissimo*, doloris impatientia victus, non digito aut pluma, sed tota vola pro hoc ministerio usus, locum affectum haud in frequenter perfricuit. Quo ipso annulus in digito proximus sæpius hinc infectus fuit, quamvis fulgore auri, quod optimum erat, gentilitiisq; in gemma illæsis. Biennio post, dum forteliteras obsignare vellet, inter opprimendum subito transversimq; annulum *rumpi* sentit. Inde consternatus, facto prognostico parum abfuit quin, *Cachexiæ* intuitu, assentiret vocatus ipse B. Ludovici. Ast cum idem diducta aliquo usq; rima, diffractas extremitates paulo attentius intueri conaretur, citra notabilem vim totus annulus in plures adhuc partes fuit solutus, quæ ulteriori pressione adhibita in minutiores abierunt. Unde considerata expositaq; viro huic in naturalibus non parum versato hujusmodi *Spirituum urinosorum* activitate prognosticum

non sine risu fuit depositum, atque per aurifabrum ipsi nobili, duodecennium adhuc super viventi, facili fragmentorum fusione *annulus redditus redintegratus*.

Tachenii;

Perinde ac *Tachenius Tract. de Morborum Principe* Cap IX. p. m. 93. refert, *aurum morbosum & fragile reddi*, cum vel semel tantum intepuerit ad ignem. qui recens quomodo libet liquefecerit *antimonium*; hinc *aurum odorem antimonii* persentiens longe à statu suo naturali recedere neque pati, ut sub malleo extendatur. Idem quoque contingere, si incanduerit ab igne, in quo *plumbum* fuerit paulo ante liquefactum, vel si etiam ignitum deponatur in loco, ubi *plumbum* nuper constitit. Idem etiam paulo post, p. m. 101. seqq: *medicinam huic morbo* adhibendam recenset, quando *auro calidiori*, quam ejus natura fert facta, atque ideo invalido & fragili ab *odore antimonii* sive *acidi cujusdam mineralis*, indicat acidum illud calidum per frigidum metallicum alcali *plumbi*, acida cuncta per magneticam vim absorbens sibi esse subtrahendum, ita ut *plumbum* cum auro colliquescens postquam fuerit factum, idem post hæc *folium igne una cum acido*, quod ab auro absorpserat, in *fumum* vertatur; tuncque *aurum optime à calido, seu acido vapore morbofo refrigeratum, purgatum, atque resanatum in pura forma* sese manifestaturum.

A *contrario* autem sensu *aurum invalidum* factum ab odore metallici alicujus alcali dulcis, insipidi, ac frigidi, exempli gratia, *plumbi*, indicare alcali hujus superantis ablationem per contraria. *Commiscendum igitur esse aurum istud infirmum cum sale cibario*, quibus duobus simul junctis & per horas sufficientes debitoque in igne, ut praxis docet, detentis, tunc acidum *sal* sorbere ab *auro* spirituale alcali hostile peregrinum & frigidum, taliq; labore expurgari, calefieri, mundificari-
que

que aurum ut sanum niteat, absque ulla ponderis sui imminutione. *Sal* vero, ne in valido igne colliquescat, cum duplo, alias triplo, contusorum *laterum* commiscendum, hancque deinde mixturam apud *auricuratores seu medicos cementum regale* dici; huncque acidum, calidumve pulverem purgare, mundificareque aurum ab omni abundante extraneo frigido alcali, ideoque *aurum* per contrarium & sibi invalidum factum, naturali quoque methodo per contrarium restitui.

Ubi obiter notamus autorem de superabundante acido, vel alcali hic loqui ex eo, quoniam alias semper hæc duo principia tanquam necessaria ingredientia omnium Mixtorum supponit. Idem etiam de stanno, auro accurate commixto refert *Boyleus*, quod hac ratione aurum friabile reddatur: *Tract. de imperfecta Chymicorum circa qualitates doctrina*, Cap. VI. p. m. 54.

Nec minus ex aliis magna solertia & ingenio hæcenus ab *inclytis membris scientiarum academiae Parisiensis* institutis experimentis licet concludere, quod vera & genuina hujus ductilitatis auri causa in sulphure hoc metallico puro & fixissimo sit recondita. Quacunque enim ratione fuit facta vel hujus sulphuris imminutio, vel per alias additas substantias metallicas, sulphur magis impurum ac volatile continentis ejusdem fixitatis immutatio, semper præsto fuit auri fragilitas. Sic enim in experimentis per vitrum causticum institutis, & in historia hujus academiae Anno M. DCCII. p. m. 45. perinde & *Catalogo horum experimentorum* p. 186. relatis non potuit non aurum antea summe ductile posthæc in radiorum Solarium per vitrum hoc collectorum vividissima volutione detentum in vitrum, hoc est, massam quandam omnium maxime fragilem commutari, quoniam notabilis & haud exigua hujus principii ramosi & plicatilis pars in fenum fuit conversa & elevata.

C 3

Ea.

& membrorum Academiae regiae scientiarum Parisiensis, ubi

vel Sulphuris hujus fixa facta fuit imminutio:

vel per alia
metalla
eiusdem
fixitatis
inmuta-
tio.

Eadem etiam ratio in in iis experimentis obtinet, ubi alia metalla, v. gr. *ferrum, stannum vel plumbum* fuisse *auro* addita & cum eodem infimul fusa. Urut enim & horum metallorum basis æque sit corpus, quoddam mercuriale, ast quoniam tanta non adest hujus puritas, & præterea pauca tantum quantitas sulphuris metallici cujusdam fixi, major autem sulphuris metallici volatilis bituminosi, materiarum quoque terrestrium & salinarum diversarum, quæ eorum substantias reddunt valde compositas & ita comparatas, ut ipsarum moleculæ, ex placitis *philosophia corpuscularis*, in his profecto non contemnendæ, diversimode figuratæ, sese adeo arcto & firmo nexu contingere haud valeant, ea propter etiam minus durabiles erunt hæ metallorum cum *auro* commixtæ substantiæ in igne, verum ita comparatæ, ut hujus minima eo validius commune hoc *sulphuris* vinculum destruere, verbo, efficere queant, uti *aurum*, quamvis etiam modo dictæ massæ denuo ab eodem separentur, minus tamen ductile, ac prius ante harum commixtionem, sese sub mallei ictu ostendat.

§. XIV.

Sulphur
auri me-
tallicum
non adeo
est inflam-
mabile.

Quando vero in superioribus diximus, quod sulphur hoc nostrum auri metallicum etiam notet partes ejus quodantenus inflammabiles, tunc notandum, certis experimentis ab eodem sæpius laudato *Homburgio* institutis etiam idem esse demonstratum. Observationes circa ferrum cum vitro caustico anno M DCCVI. institutæ, & p. 199. sæpius laudati *catalogi* recensitæ, idem clarè satis evincunt. Quando enim *ferrum* per ignem solis fuit fustum, tum ob magnam sulphuris sui volatilis & impurioris quantitatem scintillulas magna copia de se spargere incepit. Postmodum vero sine ejaculatione harum scintillarum sese tranquilla in fusione continuit. Re-

Redintegravit verò denuò hanc scintillarum eructationem, quando eidem *cupri* quædam particula fuit addita. Ast, si loco hujus *auri* sufficiens quantitas fuit substituta, & *ferro* juncta, tunc equidem subsultus suos denuo incepit, ast sine *ejaculatione scintillarum*, id quod demonstrat sulphur *auri* in hoc etiam ab aliis differre, & minus ac illud *cupri* esse inflammabile.

§. XV.

Hoc proinde sulphur nostrum commode vocari potest *vinculum* reliquorum *auri elementorum* nominatorum, quia hæc illigat, involvit, & ita unit, ut unum corpus mixtum *auri* constituent. Unde rectissime, cum illustri *Vvedelio*, omni encomio majori Præceptore nostro, concludimus ex ejus tabulis manuscriptis fundamenta sulphuris exhibentibus. *Illud sine dubio est vinculum corporum & cohesionis principium, quo de structo vel laxato coalitus & cohesio perit.* Jam vero videmus per ignem solarem destructo hoc sulphure, elementa *auri nostri* ab invicem separari, & sese derelinquere: particulas *mercuriales* evaporari, & in fumum, cum *quibusdam sulphureis* abire, alias *sulphureis fixiores* adhuc prioribus cum *terreis* ac *salinis* remanere, illas fundere, ac in *vitrum*, massam nempe, ob sulphur hoc destructum, fragilem commutare.

Sulphur hoc nostrum est vinculum reliquorum *auri elementorum*,

Par ratio est, si sulphur hoc per menstrua accommoda. v. gr. aquam regiam, laxetur, quo factò, videmus aurum nostrum in calcem redactum, ejusque moleculas, disserptas ac dissociatas. Convenientissime igitur dicitur, *sigillum, centrum, & pax optima rerum*, seu mixtorum corporum, ob hanc eandem rationem à nobis allatam.

§. XVI.

Tandem diximus, quod *sulphur nostrum hospitium* & *matrix lucis*

hospitium & matrix lucis

& matricem præbeat luci tanquam agenti in his primario. Quemadmodum enim subtilissimæ hujus lucis materiæ omnes corporum mixtorum pori sunt patentes, ita tamen in una horum corporum substantia aptiorem pro suo hospitio partium dispositionem invenit ac in alia. Et hanc nominamus *sulphur nostrum*. Confirmat hoc egregie Magnificus *Hallensium D.* ac *Pr. Medicus Stahlus*, in specim. *Becher: Part. I. Sect. II.* documento *Theoriæ Becherianæ* nono pag. 139. in-
quiens: Mixtis numerosissimis constituendis, adest talis materia, quæ certis circumstantiis vere fieri potest immediatum ignis subjectum; seu potius, est Philosophico prorsus sensu, ignis materia, quæ sine alio materiali intrinseco concursu solo formali quodam actu ignis formaliter fit primo & primario, seu ignem facit, format, constituit, & reliqua.

§. XVII.

secundum
 auri ele-
 mentum,
 est mercu-
 rius, cujus

Secundum auri elementum, (quod *fæminam* vo-
 cant Chimici, uti superius *marem*) nominamus *mer-
 curium defecatisimum*, per quem intelligimus *particulas
 auri gravissimas* equidem ac *ponderosissimas* nihilo secius
 tamen valde *subtiles*, atque *minutas*, indeque *mobiles*,
lubricas admodum atque *volubiles*, *fugitivas*, *inconstan-
 tesque*, *spirituosas*, *evaporabiles*, hincque aurum ad *li-
 quabilitatem* suam *metallicam* disponentes.

existentia
 &

Præter principium sulphureum, quod etiam aliis
 mixtis mineralibus & lapidibus cum metallis est com-
 mune, adducendum est *aliud*, quod quasi formam me-
 tallorum, & hæc, in suo esse, uti Philosophi loquun-
 tur, constituit. Hoc est modò nominata *mercurialis
 substantia*, quæ priori, ut jam tum est dictum, juncta
 efficit, ut metalla obtineant suam *liquabilitatem* *metal-
 licam* & *ductilitatem* seu *malleabilitatem*. Quandoqui-
 dem ergò hæc duæ proprietates & sensui & rationi sunt
 mani-

mixtis
 mineralibus
 & lapidibus

manifestæ, tum certi de ejus existentia, disquirimus, in quonam hoc principium sit consistens, & per quasnam affectiones ratio nostra hujus præsentiam in auro nostro arguat & inferat.

Harum prima est *ponderositas auri*, quam in superioribus deduximus equeidem ex *moleculis ejus ætissime juxta se invicem positis*. Nunc cum eadem à *mercurio metallico* deducatur, sciendum est, nos ibidem ad placita *Corpusculariorum*, hic autem ad dogmata *Chimicorum* respexisse. Hi enim per hæc prescius se explicant, quando exemplum adamantis adducunt, cujus compages equeidem omnium lapidum ac gemmarum solidissima est, nihilominus tamen quoad pondus ab auro permultum superatur. Illud ergo principium *aurei nostri*, quod efficit, ut sub eadem mole ad reliquorum metallorum illas comparatum minimum, præ ceteris omnibus metallis, imò mixtis quibuscunque, spatium occupet, nominamus *mercurium ejus, qui defecatus & purissimus* sit oportet, quoniam *gravitatis auri maxima est principium*. Quamprimum enim alias habebit particulas heterogeneas admixtas, statim etiam auri hoc, quod ingreditur mixtum, majus, sub eadem mole, spatium occupabit.

Quamvis verò substantia hæc mercurialis sit omnium reliquarum ponderosissima, & hinc compactissima, nihilo tamen fecius moleculis constat, *valde subtilibus atque minutis*. Hoc colligimus ex eo, quoniam lapides & saxa durissima, matricem nostro auro præbentia, penetrat. Hæc substantia in mineris metallicis sulphureæ priori juncta adeò sæpe est tanta vehementia oberrans, ut metalli fossoribus ipsas lampadum flammæ extenuet, dilatetque; quod quando fit, tunc statim in fugam se conjiciunt, alias omnes hoc fumo.

D

quem

essentia,
constans,
ex parti-
culis auri
gravissi-
mis equi-
dem

audial
audial
audial
aud
audial
audial
audial
audial
audial

valde ta-
men sub-
tilibus
atque mi-
nutis.

audial
audial
audial
audial
audial

quem Germanicè den Bergschwaden appellant (en-
 principium mercuriale, juxta axioma, *quicquid fumat,
 mercurius est*) suffocandi. Possè verò & ponderosita-
 tem, & subtilitatem partium juxta se invicem stare,
 ex superius allegato argenti vivi exemplo constat,
 quod per poros adeo minutos, ut etiam aëreis parti-
 culis transitum negent, potest transmitti.

indeque
 mobilibus

Inde vero porro facile *mobilitas* harum *particula-
 rum mercurialium* deducitur, quia agens aliquod, adhuc
 subtilioribus constans corpusculis, quale est ignis ele-
 mentum, in substantiæ mercurialis interstitia immis-
 sum, easdem dissociat, de loco pellit, verbo, in *motum*
 convertit. Unde ulterius necesse est, eas

globosis,
 lævibus,
 lubricis ac
 volubili-
 bus

Figuram acquirere ad hunc *motum* aptissimam, id
 est *rotundam*, seu *globosam*, inæqualitateque ac aspe-
 ritate particularum hac demta, easdem *laves*, indeque
lubricas, ac *circa sua centra* facile *volubiles* evadere.
 Præterea autem hac ratione.

fugitivis, in
 constanti-
 bus, spiri-
 tuosis ac
 evapora-
 bilibus

Hospitium suum facile derelinquere, & *fugitivas*
inconstantesq. fieri, atque adsumta *spirabili* ac *evapora-
 bili* natura, in auras evolare neque ignem sustinere,
 non alia ratione, ac aquæ particulae, aëreis quamvis
 multo graviore, dissociatæ tamen & in sphaerulas mi-
 nores, vaporis nomine venientes, in domicilio hoc
 aëreo alta petunt, atque, quousque possunt, adscen-
 dunt. E contrario moleculæ sulphuræ, & salinæ ter-
 reæ, de quibus postremis mox erit sermo, his mer-
 curialibus quamvis longe leviores hospitium hoc auri
 tam facile tamen haud dimittunt, quoniam constant
 indole ramosa, tenaci, multumque implicata, verbo

liqvabili-
 tatem mc-
 tallicam
 auro con-
 siliantib9

fixiore.
 Tandem *liqvabilitatis* metallicæ auri *causa* ab hoc
 elemento *mercuriali* ex eo deducitur, quoniam quando
 hujus

hujus particulæ sunt per ignem, verbi causa, in motum concitatae, tunc hæ ipsæ adjacentes sibi proximè reliquorum auri elementorum illas à quiete sua, in qua sub priori soliditatis forma erant, deturbant, atque eundem in modum abripiunt, ut & hæ, alia jam figura globosa eis inducta, sese in paucissimis suarum superficiecularum punctis contingere, hincque singula circa sua centra rotari incipiant, verbo, efficiant, ut solidum ante corpus nunc in fluidum inde commutetur & quod ante erat *potentia tale, & liquabile*, nunc *liquidum* evadat. Haud dispari ratione ac videmus plumbi vel stanni massam perbreve tempore liqvescere, si pauca ejusdem quantitas jamtum liqvata ante adsit, reliqui residui particulas vehementius aggrediens atque illas eandem in liquidi formam secum abripiens. Unde metallorum examen, seu sic nominata probatio cujus artificium fuse descripsit *Lazarus Eckerus*, convenienti ratione fit per additum plumbum cum primis Villacense, quod facilis utpote fusionis reliquorum metallorum fusionem & consequentem depurationem, promovet, omnia quasi secum in testa probatoria auferendo excepto auro & argento.

Confirmatur idem ex modo dictorum metallorum, stanni & plumbi consideratione, quæ, quoniam plus continent nostri mercurii, ea propter etiam facilius sunt fusionis, id quod curate refert. *Illustris Wedelius* pharmac. in art. form. red. p. 46. inquit: *Metalla quo plus continent mercurii, eo facilius funduntur, quo plus sulphuris, eo difficilius, Mercurius enim facilius movetur, sulphur verò viscedine sua magis implicat renacula particularum, neque, quia intimius immersum est, tam facile flamma subigitur & destruitur.*

quid in-
telligatur
per liqva-
bilitatem
metalli-
cam,

Liquabilitatem autem appellavimus *metallicam*, id est talem aptitudinem, qua corpus metallicum ita *Liquidum & fluidum* reddi potest, ut hac introducta, nihilo secius *ductilitas* metallorum salva maneat. Qvalis haud est in *lapidibus*, qui eque igne fortissimo etiam liqvari possunt, sed sine ulla ductilitate abeunt in *massam fragilem, & vitream*, non ob sulphuris, sed ob *sulphuris metallici*, id est cum *mercuriali substantia*, quæ ipsis deest, *combinati defectum*.

§. XVIII.

Tertium
auri ele-
mentum

Tertium & ultimum *nostri auri* elementum constituit pauca substantia quædam *salina* atque *terrestris* fixissima, *basin & subsistentiam* reliquis elementis præbens, & fusione auri per ignem solarem continuata, in *vitrum* abiens.

datur
quoque
nempe

Non negandum est, permagnos viros esse, qui duo usque huc memoratas substantias, sulphuream, atque mercurialem pro metallis sufficere existimant. Unde jam tum Divus *Thomas* in commentario supra tertium lib. Aristotelis de meteoris inquit. „Consi-
„derandum est circa principia materialia metallorum
„quæ sunt in duplici differentia, quædam enim sunt
„materia remota, sicut est vapor inclusus in locis la-
„pidosis terræ, alia autem sunt materia propinqua, &
„hæc sunt *sulphur & mercurius*. Itaque in prædictis lo-
„cis lapidosæ terræ per virtutem mineralem genera-
„tur sulphur & mercurius, deinde ex ipsis generantur
„diversa metalla secundum diversam eorum commix-
„tionem. Perinde ac Illustr. *Vvedelius* p. 85. pharmac:
suæ acroamat. inquit: revera metalla nil aliud esse,
quam *mercurium* vario caractere diversificatum, &
sulphuri vario immersum coagulatum. Non minus
Doctissimus *Hombergius* in Catalogo acad. Reg. scient
Parif.

Parif. anni 1706. p. 345. gallico idiomate ex preſſo, dicit. Videmus ex his partes aurum & argentum, componentes non eſſe alias ac *mercurium* & *ſulphur*, *fixum*, quæ compositio eſt admodum ſimplex. Verum ſalva res erit, circa hunc numerum ternarium, quoniam modo laudatus *Vvedelius* cit. loc. nominat *mercurium vario caractere* (en tertium aliquod) *diverſificatum*. Et pag. 514. adducit metallorum *ſulphur vitriolicum*. Non minus *Hombergius* in hiſtor. acad. reg. ſcient. parif. 1702. p. 48. conceptis verbis dicit: ſupponendo, aurum habere pro principiis *mercurium*, *ſulphur metallicum*, & *terram* quvandam omnia facile, explicantur.

Subſtantia ergo adest quoque *ſalina* quod vel ex eo demonstratur, quoniam in *auro* datur aliquod *ſolubile* unde *aurum potabile*, ſeu *Tinctura auri*, ſect. hujus diſſertationis IIda explicanda exſurgit. Eo uſque, enim mortalium industria pervenit, ut aurum omnium metallorum graviſſimum ſubtiliſſimo & volatiliſſimo ſpiritui vini annectere poſſit, rectiſſime inquit *Beccherus* phyſic. ſubterr. lib. I. ſect. V. c. III. p. m. 426. Quoniam igitur ex axiomaſe Chimico *ſal primum eſt ſolubile*, & hoc *ſolubile* datur in *auro*, ergo in eodem præſto eſt *ſubſtantia ſalina*. Idem probatur ex eo quoque, quoniam hæc ſubſtantia *ſalina* cum *terreſtri* illa conjuncta, abit in *vitrum*, ad cujus compositi- onem ſemper requiritur & *terreum* quid & *ſalinum* quod exemplo vitrorum vulgarium eſt patens. Hæc autem ſubſtantia *ſalina* eſt

Fixa, quoniam aurum, quacunque ratione ignis vulgaris torturæ commiſſum atque in eadem, quam diu lubet, ſervatum, nihil tamen de hac in auras avolans (cujus ratione aliàs audit *ſal volatile*) deper-

dit verum in lamellas & exiguas partes ductum, debitaque ratione tractatum, subjectum nihilominus evadit *aurei potabilis* seu *Tinctura Solis* vocata. Est vero hæc porro in specie

Acida,

Acida. Utut enim ex experimentis ab Academia Regiæ scientiarum Parisiensis membris institutis constet, aurum nostrum sulphure suo, tanquam omnis cohæisionis principio per ignem solarem maximam, partem abacto in cineres abiisse, post hæc ulteriori igne adhibito in vitrum conversos, atque hinc juxta *Paracelsum* illud ab incineratione remanens ad fixiora alcalia sit referendum, nos tamen potius ex eo *acidum* in auro adesse concludimus, quoniam, si auro liquefacto intruditur bacillus ferreus, hic ab eodem *corrosus* apparet, quod proprium esse *acidi* in scholis nostris est notissimum.

An vero hæc substantia salina accida ad vitrioli, an vero ad salis alterius cujusdam marini v. gr. aut salis gemmæ naturam sit accedens, certo definire haud audemus. Cl. *Jungkenius* Chym. experiment. curios. p. m. 441. de auro inquit, quod ejus sulphureæ particulæ adeo sint elaboratæ & exaltatæ ac perfectæ, ut nullum amplius *vitriolum* suppeditent.

& verifimiliter vitriolica

E contra ex Doctissimis *Godofredi* (Mr. Geoffroy.) explicationibus super productione artificiali ferri & compositione aliorum metallorum, insertis Catalogo Acad. Reg. scient. parif. 1707. p. m. 235. colligimus, quemadmodum in calcinatione *ferri* pars quædam *acidi vitriolici*, cum sulphureo principio, avolat reliqua autem hujus *acidi vitriolici* manet, substantiæ terreae immixta, & ejus in *vitrum* fusionem juvat; idem vero ex p. 237. de auro demonstratur, quod in eodem *perinde ac in metallis imperfectis* ad sit terra quædam apta

apta ad *vitricationem*; non minus autem magna qvan-
 titas auri in calcinatione ejusdem per ignem solarem
 instituta *avolet*, & infumo ascendat; tum credibile ad-
 modum cum *autore* hoc judicamus, illud avolans esse
 principium sulphureum, mixtum cum *salibus* & qvi-
 dem *sale* quodam etiam *vitriolico*. Id quod etiam
 magis patet ex conclusionibus hujus viri pag. seqv.
 memoratis & ex adductis experimentis deductis, quod
 metalla imperfecta sint composita ex principio sulphu-
 reo *salino vitriolico* & terreo vitrificabili, & quod sola
 differentia metallorum perfectorum ab imperfectis in
 eo sit consistens, quod hoc principium sulphureum in
 illis sit fortius aliis principiis (scilicet modo memo-
 ratis (*salino* ac terreo) alligatum, minus autem for-
 titer in his & fortiter admodum in *auro*. „

Nominamus vero hanc substantiam porro *terre-*
strem, quoniam hanc monstrat analysis auri per ignem
 solarem facta. Aurum enim (referente idem sæpius
 laudato *Hombegio* in observationibus per Vitrum cau-
 sticum institutis, in fertisqve Catalog. acad. reg. scient.
 Paris. 1702. p. 188.) per vitrum causticum fustum in
 initio equidem globulum seu guttam obtulit claram
 & instar speculi politam, mox tamen ejus superficies
 ita fuit immutata, ac si fuerit *pulvere* quodam (en-
 terram nostram) conspersa. Hic *pulvis* abiit promte
 admodum & collectus fuit in *vitrum* albescens, in me-
 dia auri fusi superficie visum, relinqvens eandem de-
 nuo exacte politam, uti antea. Continuato autem
 eodem experimento, adfuit denuo superficies *pulveru-*
lenta, adeo, ut *pulvis* hic totam auri superficiem in-
 star maculæ amplissimæ dederit coopertam, sensim ite-
 rum ad medietatem superficiem auri imminutam. Ex
 quo *pulvere*, prior illa *verri* gutta fuit adaucta, id quod
 per

per vices, modo usque huc memorato, eo usque fuit continuatum, donec tota massa abiit in vitrum. Quis vero dubitat, hanc substantiam non esse

fixissima

Fixissimam, quippe quæ in igne hoc fortissimo adeo nihilominus substat, ac perduravit. Constat enim ex experimentis superioribus *Godofredianis & Hombergianis* modo recensitis, quod aurum in igne solari detentum multum equevidem suæ substantiæ per fumum quendam avolans deperdiderit, ast quod nihilominus remanserit substantia quædam pulverulenta & terrea, quæ non potuit attolli, & in fumum eundem converti, sed abierit in vitrum. Hanc ea propter nominamus *fixissimam*, quia novem partibus auri hac ratione absumtis, decima hæc restitit. Ubi è diverso quicquid ab igne vel facile vel facilius aptum est elevari, illud *volatile* minus vel plus nominatur. Tandem vero,

basis reliquorum auri elementorum

Quemadmodum in metallis singulis reliquorum metalla constituentium elementorum basis & fundamentum est *terra* quædam *vitrescibilis*, quippe quæ reliquis elementis dissociatis & abactis superstes manet, sic & in auro hæc secundum experimenta modo allata datur & vel ipsa vitrificationis ratio talem supponit. Constat enim, quod vitrum illud vulgare componatur ex *arena* seu *sabulo puriori* & electo, & ex *salibus* plantarum *fixis*. Hæc igne fortissimo agitata agunt in moleculas arenæ seu terreas, easdemque dissociant, in fluorem convertunt, & massam illam fragilem & pellucidam constituunt, quæ vitrum nominatur. Pari ratione adest hic *substantia salina* fundens illam *terream* & in *vitrum* convertens. Hanc terram vitrescibilem *Beccherus* nominat *lapidem fusilem*, seu terram lapideam *phys. subterr. lib. I. sect. III, cap. II.* & eandem ibidem tuse

per ignem solarem in vitrum convertibilis,

fuse describit, & qva ratione ipsa metallorum primam basin constituat, erudite exponit, ad qvem benevolum Lectorem volumus ablegatum.

§. XIX.

Cum de ductilitate auri, hujusque ratione in superioribus §. X. & XI. jamtum sit dictum, tum de usibus auri communibus & mechanicis pauca in medium proferemus, medicos autem ad Sect. II. dabimus dilatos. Illi autem adeo sunt copiosi ac luxuriantes, ut non sine causa vereamur, nos plurima horum subterfugitura. Ingreditur enim aurum

Ufus auri communis & mechanici sunt copiosissimi unde ingreditur

Officinas monetarias, & ex eodem monetæ tum usitatiores & vulgares, tum etiam pretiosiores, numismatum & medaliarum nomine venientes cuduntur.

officinas monetarias

Parantur ex eodem calices & vasa sacra templorum, nec non pro Cæsarum, Regum, Principum ac Magnatum conclavibus ac mensis innumera utensilia, atque ornamenta, & modo materiam coronis, mensis, lychnis, modo arculis atque cistulis, jam scyphis & poculis, nunc orbibus, nunc patinis, gutturniis, malluviis atque pelluviis, & reliquis, præbet sumtuosissimam.

templa ac aulas magnatum

Aurum adhibet aurifaber pro coronis, acubus comtoriiis, crinalibus, monilibus, catenis aureis, armillis, annulis, inauribus, chrysendetis, zonis, uncinulis, aciculis & globulis atque nodis. Et quis omnem horum apparatus recensēbit, indies variantem, atque immutatum?

officinas aurifabrorum

Auro distincta splendent vestimenta, arma, enses, sclopeta, & instrumenta bellica ac mathematica, quæ & priora memorata eodem obducta videas, partim pro eisdem ornandis, partim contra rubiginem defendendis, atque, ne facile vestes, manus,

rem vestiarum bellicam, mathematicam

E

char-

chartasque mundas commaculatas reddant, efficiendo. Taceo aurum in Architectonicis adhibitum, cujus exempla vid. apud *Agricolam* lib. VIII. de fossilibus.

tabernas
bibliope-
gorum,
vitriario-
rum, &
artificum
aliorum
imo neque
sepulchris
exesse
cupit,

Auro ornant libros compactos bibliopecti, immiscent idem vitris vitriarii, parant eodem reliquis addito elegantissimos fluores pellucidos & gemmarum æmulos artifices. Imo aurum & hominem comitatur adeo, ut & cum eodem

in sepulchro condatur, & præter alium ornatum vestitum mortui concomitantem, & sarcophagum magnatum haud derelinquat, sed & huic debitum honorem & majestatem conciliet.



CAPUT II.

DE

AURI DIVISIONE.

§. I.

Aurum di-
viditur in



Aurum est vel *naturale*, vel *artificiale*. Illud vel statim est *purum*, vel *aliis* particulis, mineralibus & metallicis, *commixtum*. Utrumque vel in *terra superficie*, vel in *reconditis* magis locis ac *minervis* ejusdem reperiendum. De *artificiali* in sequentibus.

§. II.

naturale,
quod vel

Aurum vocamus *naturale*, quod ex *natura* amplissima *penu* est *proveniens*, & non ab *artifice* demum noviter *producitur*, sed jamtum *productum* & *perfectum* vel *colligitur* & *eruitur*, vel ab *impuritatibus* & *aliis*, si quæ *adsunt*, *substantiis admixtis* *separatur*.

Ab

Ab eodem dispar prorsus ratio est *artificialis auri* deinceps describendi.

§. III.

Hujus ergo *auri naturalis primam speciem* nominamus, quando idem *finum purum* atque *virgineum* est, & Germanis *pur | oder gedien Gold* vocatur, ita, ut ex sinu matris suæ, naturæ, haustum statim *suum* fit, & *homogeneum*, destitutum omnibus recrementis heterogeneis vel aliorum metallorum, vel mineralium quoque particulis.

§. IV.

Altera species, & quæ priori nunc addendo, est *auri cum aliis*, cum primis *metallicis substantiis* commixti. Quæ metalla, quemadmodum sunt varia; ita denuo, modo aurum cum argento & plumbo, nunc cum his & cupro simul, alio tempore cum ferro quoque junctum reperitur, & pro diversitate hujus commixtionis modo hæc, modo alia via atque opera ab iisdem separari amat.

§. V.

Hospitium autem auri hujus naturalis nominamus vel *terre superficiem*, vel *mineras metallicas* & recondita magis ac profundissima harum loca, verbo, *regnum*, nobis dictum, *minerale*. *Beccherus* equidem ex Romanorum Breviario aurum à *S. Joanne Evangelista* ex *virgibus*, quas *tamarisci* fuisse credit, factum adducit, his verbis expressum:

Inexhaustum fert thesaurum,
qui de virgibus fecit aurum,

Gemmas de lapidibus.

& prorsus est persuasus, hanc facturam *auri S. Joannis* ex *virgulis* nec *impossibilem* esse, nec *rationi* & *experientie* repugnare, supplem. in *physic. subterr. cap. IV.*

p. m. 603. seqv. Confirmat hoc quoque experimento pulvisculi, à quodam ex Societate Jesu accepti, ex regno vegetabili facti, quem à se in corpus reductum, & aurum inventum fuisse, conceptis verbis citato loco refert.

Cui jungenda erit *Sachsi* in viti vinifera p. 41. relatio, de vitibus citerioris Germaniæ, intra Danubium & in toto Mæri tractu & Nicri crescentibus, quas vini parum effundere, aut inter frondes geniculatas quasdam claviculas, & plerumque canalicantia folia & puro auro germinantia habere, & simul coalescere memorat.

animalc

Perinde ac in regno animali aurum quoque generatum credidere *Jacobus Horstius*, & *Joannes Ingolstetterus*, peculiaribus libellis, de aureo dente molari in puero *Silesiaco* reperto. Quibus alii jungunt aurum in excrementis lupi *Scythici*; item in fellis tauri vesica repertum; Gallinam *Görlicensem*, quatuor fere voluminibus auri saginatam, quæ mactata in pectore tres lineas pure aureas videntibus obrulit. Quam comitari debent gallinæ *Ulmenses*, de quibus refert *Beccherus* suppl. III. in physic. subterr. p. m. 944. quod mirabilis arenæ pastu grana auri produxerint, testantibus idem *Natura Curiosorum* actis, seqve ipsum locum vidisse. Idemq; Autor denuo physic. subterr. lib. I. Sect. IV. cap. VI. p. m. 254. experientiam Medici Electoris *Moguntini D. Rapp*, sui quondam collegæ, allegat, qui se ex cantharidum alis siccatis & pulverisatis, ac plumbo in capella liquefacto imbibitis, magni interdum pisi quantitate purum aurum accepisse, cum tamen plumbum alias ne tantillum in se contineret, maxima fide retulit. Quibus jungit *inauratarum*, vulgo *Forellen* / capita auro facta reperta. Imo supplem. in physic. subterr. c. IV. p. m. 608. idem *Beccherus* se oculatum restem adducit

auri

auri ab eodem *D. Rapp*, modo ex *cicindelorum* alis, modo ex *sanguine humano* facti, sibiqve commonstrati. Sed non diffitemur, gravissimos viros has de *auro tali* relationes habere suspectas, quorum quosdam nominat, & cum iis facit *B. Rolfsincius* Chim. in art. form. red. lib. VI. c. VII. Prostat nihilominus *ferrum ex plantis* obtentum, inferius referendum.

dubatur
à multis

§. VI.

Misis igitur hisce regnis, in præsentī *aurum* ex solo *minerali* adducimus, & quidem (1) *finum* ac *purum* in *terra superficie* repertum. Huc spectant cumprimis omnes *arena aurifera*, quas vehunt *Tagus* in Hispania, *Padus* in Italia, *Hebrus* in Thracia, *Ganges* in India, *Pactolus* in Asia, *Rhenus* & *Albis* in Germania, & sigillatim fluvius quoqve *Schwarza* nominatus in superiori Saxonia. Et hujus *auri puri* majorem semper fuisse copiam inventam, atqve illius è terrarum vel lapidum generibus confecti, prorsus credit *Agricola* de natura fossilium lib. VIII. p. 640.

Aurum finum reperitur inter ræ superficie & arenis auriferis, à quibus separatur

Neqve enim *auri* modo nominati *ramenta* tantum dantur *minora*, verum & *majora*, adeo, ut, referente eodem autore cit. loc. in Hispaniis massæ fuerint reperiæ, *decem libras* excedentes, & in Pæonia plurimæ inventæ, *minam* pendentis. Tales enim adducit ex autore *Græco* ignoto, atqve duas etiam his majores, alteram *trium minarum*, alteram *quinque*.

Communiter obtinetur hoc ex arenis auriferis *aurum* non tam *ignis* opera ministrante, (unde etiam *aurum apyrum* vocatur) quam elementi contrarii, *aque* nempe *affusione* facta, & instituta *lotione*, per quam *ramenta auri* ab impuritatibus, inter quas delituerant, separantur, quam operationem in compendio refert, Ill. *Vvedelius* pharmac. acroamatic. p. m. 23.

mediante
lotione

fufius autem eandem instituendam describit *Erckerus* aulæ subterraneæ lib. II. p. m. 99. seqq. & *Agricola* lib. VIII. de re metallica. §. VII.

Ut & in
mineralis
variis

Non vero tantum inter arenas hæc oberrat aurum hoc virgineum & finum, separatim, verum & iis, imo & saxis sæpius fortiter satis nunc extrinsecus adhærens deprehenditur, nunc intrinsecus & ita multoties reconditum invenitur, ut nulla ejus vestigia, nisi post examen, oculis queant notari. Unde modo in silice albo, weisser Quarz vocato; nunc in cæruleo & flavo lapide, quem Hornstein nominant; iterum in cæruleo fissili, & aliis est delitescens, quas mineras citato loco adducit *Erckerus*. Et hæc mineræ vel auri continent ramenta seu granula graviora (grob körnigt Gold) vel leviora, aliisque massis interspersa (eingesprengt gedien Gold.) Ille contunduntur (werden gepucht) & sola manu granula separantur, (werden unter der Faust geschieden) & si nihil impuritatis habent, immissa crucibulo, addito borrace in unam massam colliquantur, si vero aliquid impuri admixtum, plumbum eidem additur & proceditur modo §. IX. dicendo. Hæc vero, si sunt mites, & tostione, mox dicenda, non habent opus, vel nulla affusa aqua contunduntur, (werden trocken gepucht / und das Mehl über die Planherd / und wollene oder halb = wollene Tücher gewaschen / rein gemacht / und angequickt / id est, cum mercurio vivo amalgamantur) vel affusa aqua contunduntur, (das Erz wird unter den nassen Bucher durchs Blech in die Gerinn = und Schleim = Gräben gepucht / über die Planherd getrieben / und folgendes rein gemacht.) Si vero mineræ & venæ sunt refractaria, tunc in accommodis, ad has operas extractis, fornacibus ustulantur atque torrentur (werden geröstet)

stet) ut nempe & sulphur arsenicale & aliæ substantiæ pingues, bitumen, auripigmentum, sandaraca atque reliq. secedant, & mineræ ex duris molles & magis fragiles factæ facilius aut malleis, pilisve contundi, aut mox excoqui possint, & quando maxime sunt candentes, in aqua frigida cito restinguntur, so erschriekt das subtile flammichte Gold / laufft zusammen in ein rundes corpus, und siht im Waschen fest / daß es behalten werden kan / de quibus operis præter *Agricolam* lib. VIII. de re metallica, consulatur *Erkerus* cit. loc. p. 104. seqq.

§. VIII.

Aurum aliis substantiis commixtum indicavimus superiori §. IV. & idem contingit tum in *arenis*, tum in *mineriis*. Si in *arenis* usu veniat, ut ramenta inventa cum mercurio vivo, quo utuntur, tanquam minimarum molecularum aurearum optimo collectore, connubium propter admixtas *Sulphureas* aut *spurias alias* particulas recusent, *arena* prius *aceto* & *alumni* mixtis incoquitur, & post hæc eo modo proceditur, quem describit *Berrichius* *docimastic. metallic. p. m. 27. seqv.* Quod si & hoc modo vexata *arena* nihil puri sibi exprimi patiatur, & tamen *aurifera* sit, tum vero veniunt ad solennem illam in *minera refractaria* edomanda adhibendam *rostonem*, & post illam ad *ablutionem* atque tandem ad *junctionem* cum *mercurio*, referente eodem cit. loc.

Aurum
impurum
in arenis

§. IX.

Minera autem aurum impurum & aliis substantiis commixtum *hospitio excipientes* quemadmodum permultum variant, & aliæ *mites*, geschmeidige milde Erze / facilioriqve via tractabiles; aliæ vero *refractaria*, strenge / unflüßige / grümmig veste Erze / sunt: ita

& mineris
permutum vari-
antibus,

utre-

utraqve iterum vel ditiores, vel viliores ac steriliores.

Mineræ
mites & di-
tiores uti
tractandæ.

Si sunt mites, & simul ditiores, tunc rediguntur in schlichtum metallurgis appellatum (werden in Gold, Schlich gebracht) pulvis exsiccat, additoqve plumbo in crucibulum immittitur, ut, fusione mediante, idem plumbum metalla in minera contenta in se recipiat, testa mediante denuo ab iisdem liberandum ac purgandum. Perinde ac à metallis reliquis deinde aurum peculiari opera, nunc per camenta, nunc per aquas stygias & fortes, & reliqv. ex præscripto docimastices metallicæ separatur.

quomodo
refracta-
riæ

Quando vero mineræ sunt refractaria, & difficilioris fusionis, tunc uruntur atqve torrentur, affusaqve urina sale communi remixta, restinguntur, hacqve opera interdum aliquoties repetita, contunduntur, lavantur, atqve in schlichtum rediguntur, additoqve pulvere fusorio communi (ex tartaro & nitro constante) cui & aliquid fellis vitri commiscet, in crucibulum immittuntur, eliquantur in regulum, deinde adjuncto plumbo, hoc ipso excipitur, quicquid metallici in mineris hæsit, & post hæc, lege artis, aurum denuo ab aliis metallis separatur. Quandoqve, inquit Borrichius docimastic. metallic. p. 30. curiosi quidam, ut compendio ex arenis silicibus, & saxis auriferis latens metallum exsculpant, iisdem tritis spiritum salis affundunt, certi, ope ejus extractum iri, quicquid auri ibidem delitescit.

qua ratio-
ne steri-
liores

Venæ autem si obveniunt steriliores, & parum auri vehentes, tunc ante examen, ope trullæ lignæ, in schlichtum rediguntur, und wenn sie kieselig sind / mögen sie süßlicher nicht / als über die rohe Schicht in Schlackstein geschmelzet werden. Si vero hoc pycite, quem kiesel nominant, sunt destitutæ, tunc additur mineræ

neræ sterili quinta circiter pars pyritis, liquanturque simul, & sic quod purum in multis fuit libris, in paucas tantum ponderosiores congregabitur. De quibus operis, non nisi per summam tactis, præter *Borrichium* & *Erckerum*, allegatis tractatibus, *G. Agricola* de re metallica libb. cumprimis VII. & VIII. consulatur.

§. X.

Quemadmodum ergo in auro naturali natura opus suum sine arte fecit, & aurum vel in terra superficie, vel ejusdem profundioribus locis produxit, ars vero vel productum collegit, vel à scoriis & aliis massis metallicis separatam nobis dedit, ita prorsus ab hoc diversum est aurum, quod ars ope quidem natura efficit, ita tamen, ut natura sine arte tale efficere neutiqvam potuisset. Id est, beneficio materiae cujusdam per artem improbo ac difficillimo, paucissimisqve cognito, labore, parata, atqve perpauca, ignobiliora metalla, in nobilissimum, id est, aurum transmutat, prorsusqve convertit. Quod inde ab aliis aurum Chemicum, ab aliis & nobis aurum artificiale appellatur.

§. XI.

An artis pomœria eo usque extendi possint, ut aurum hoc producere, & oculis sistere valeant, omnino tempore fuit controversum & ventilatum, & calamo, & igne. Cum vero neque desint rationes, neque deficiat in his sensus & experientia, tum non possumus, quin cum iis faciamus, qui dicunt, dari tale aurum artificiale, seu chemicum, & cum Magnifico Kiloniensium Jcto D. *Reyhero* ex doctissimi, de auro & argento chemicum, tractatus juridici cap. XXVII. pag. 96. dicamus: In judiciis, ubi de censu, capite, fama agitur, duobus aut tribus testibus, tam lege divina, quam civili, credendum est, & ita difficiles sumus, erga,

„erga viros tot doctissimos, & integerrimos, quorum
 „scripta prostant, propter paucorum ratiunculas, qui-
 „bus toties responsum est.

ratione,
 desumpta à
 naturæ
 methodo
 quam ob-
 servarunt
 præter

Becche-
 rum &

*Ratio enim in his est præsto, quoniam observa-
 mus, naturam semper tendere in perfectius, & non tan-
 tum subterraneas, & minerales medias, aliàs vocatas,
 substantias tendere ad metalleitatem, philosophis circa
 hæc studia occupatis sic dictam, verum & metalla ad
 perfectionem. Utrumque hinc inde in physica sua sub-
 terranea & hujus supplementis erudite deductum dedit
 Beccherus, imo per autopsiam demonstravit, metalla
 longo tempore non modo alterari, verum & in alia
 transmutari & perfici, & plumbum in stanni; ferrum in
 cupri; cuprum in argenti; argentum in auri perfectio-
 nem, natura, & Autore naturæ ita disponente, ten-
 dere. Et hinc imperfecta in mineris semper cum per-
 fectis, tanquam immaturas uvas cum maturis, in uno
 botro, esse mixtas, & quo profundiora, & calori centra-
 li persicenti propiora, eo perfectiora quoque in mineris
 metalla esse reperiunda.*

*Quoniam vero ex mente Beccheri, metalla omnia
 non tantum gaudent communibus cum auro proprietati-
 bus & accidentibus, ponderositate, malleabilitate, ac
 fusibilitate, verum & unius, cum eodem, sunt materia,
 (id est, ex iisdem sunt coagmentata principiis, terreo
 seu salino, sulphureo, & mercuriali, Chemicis dictis)
 & hæc materia sola coctione per gradus perficitur: Ergo
 poterit hæc metallorum materia (si duret concoctio)
 etiam in ultimum gradum, nempe in aurum perfici,
 perinde ac ex vino immaturo, quoad formam exter-
 nam & qualitates sensibiles à vino maturo multum di-
 verso, fit, coctione ac maturatione, ex accommoda-
 aëris temperie ac benignorum radiorum solarium fœtu,
 accedentibus, vinum maturum.* Jam

Jam porro, quemadmodum millena profant exempla, tum ex regno *vegetabili*, tum ex regno *animali*, in quibus lento gradu procedens & quasi *segnior natura* ab arte egregium accipit adjumentum, quis dubitabit, etiam in regno *minerali*, idem ab arte posse obtineri, *terreum* ac *salinum* ignobilium metallorum principium *depurari*, *sulphur* eorum magis *figi*, *mercurius* ipsorum plus *concoqui*, *perfici* ac *nobilitari*? cum primis, quoniam jam tum profant exempla aliorum *mineralium* & *metallorum immutatorum* æque, ac ab arte *noviter productorum*, mox recensenda, in quibus natura viam monstravit, ars autem hanc naturæ vias curate observavit, & vestigia hujus legere, felici ausu est molita.

Hanc, usque huc recensitam, thesin *Beccherianam*, ex hoc autore depromptam collectamque, suam quoque facit *Experientissimus Hallensium Professor Medicus Stablius* part. I. Sect. II. Membr. IV. Specim. *Beccher.* *Stablium* *physic. subterr. Beccherianæ novæ editioni subjuncti*, p. m. 160. seqq. quippe, qui *Docum. I. p. 162. seqq.* allegat experimentum *Beccherianum* (p. 584. recensitum) ubi è *bolo*, seu *limo fulgatissimo* (addito *oleo lini*) ferrum fuit factum, & existimat, quod pro diversitate *terrarum* & *pinguedinum* alia quoque *metallica species* arte ita possint *produci*. Quoin, quemadmodum *Doctissimum Godofredum* (Mr. *Geoffroy*) *histor. Acad. reg. scient. Paris. ann. 1704. p. m. 48.* habet consentientem; ita *docum. secundo suppositis experimentis Beccherianis* in *Minera arenaria perpetua fuse descriptis*, quod *aurum* quoque in *arena* (quacunqve *vitrescibili*) *potentialiter* seu *materialiter* lateat; post hæc *Docum. tertio sequentia pauca* allegat experimenta. (a) *Adhibitis subterraneis illis, sub communiore schemate, re-*
bus

bus & principiis, uti spondet experimentum, exire non modo *metallum*: (β) verum & spertiatim *nobile*, imo & *nobilissimum*. (γ) Non accedente metallo ignobiliore, non oriri metallum *nobilius*. (δ) Non adhibitis *subterraneis* illis rebus & principiis metallo ignobiliori, *nobilius* non supervenire, quamvis ignobilius *per se*, semel iterumque hac methodo tractetur. (ε) E contra, si omnia hæc recte peragantur, perfecta metalla emergere, non solum *aurum*, quod *Beccherus* innuit, sed & *argentum*.

(2) Evincunt idem experimenta *Beccheriana* & *recentiorum*, quando è *bolo* seu *limo vulgatisimo*, addito oleo lini, prout modo est memoratum, fuit factum à *Becchero* *ferrum*: idem quoque ex iisdem à *Godofredo*, ubi *argilla* ipsi dedit & *acidum vitriolicum*, & *terram*; *oleum vero lini* tō inflammabile, seu *sulphureum*; porro ab eodem denuo *ferrum* ex principio *sulphureo*, seu materia quadam inflammabili, *sale* quodam *vitriolico*, & *terra* quadam; iterum idem metallum ex *oleo vitrioli*, & *oleo terebinthina*. Illud elargitum est *acidum*; hoc *sulphur*, utrumque *terram*. Perinde ac ejusdem laudatissimi viri experimentis & *ferrum*, & *cuprum*, & *plumbum*, & *stannum* fuere *sulphureo* suo principio *privata*, & in *terram* quandam *reducta*, sive per ignem fortiozem *vulgarem*, sive per *radios solares*, per *vitrum causticum collectos*, *vitrescibilem*. Hoc principio *sulphureo* (etiam ex regno *vegetabili* depromto) ipsis *reddito*, denuo *pristinam* suam *formam metallicam* resumferunt. Non defuere equidem *difficultates*, quas his viris & sigillatim *Godofredo* opposuit, doctissimus *Lemery junior*, qui, postquam in *schedis catalog. acad. reg. scient. Paris. ann. 1706. p. 529.* insertis ostensum dederat, *ferrum* non tantum in omnibus

cine-

recentiores, & firmarunt experimentis *Godofredus*

cineribus plantarum, verum & illis *mellis*, imo & istis *castorei* esse reperiendum; posthæc in novis experimentis in catalogo sequentis anni p. 7. seqq. exhibitis contra *Godofredum* demonstrat, in omnibus illis substantiis (quod de *limo* furnario jamtum suo tempore suspicatus erat *Morhoffius*) pro productione ferri adhibitis, jamtum illud fuisse latens & reconditum. Ast iis, in eodem catalogo p. 225. respondet *Godofredus*: posito, jamtum in his *massis* ad fuisse *ferrum*, non tamen in tanta *quantitate* ante illud adfuisse, quam post mixtionem illarum fuisse obtentum. Quoin & Experimentissimum *stahlum* cit. loc. p. 167. habet consentientem.

(3) Demonstrant idem & *Homborgiana* & *Lemeri- meriana* observationes, quarum illa per institutam *diacrisin* demonstrarunt, in *sulphure communi* aliquid *cupri*; hæc autem plus ejusdem in *vitriolo Cyprino* seu *Hungarico* inesse; in *vitriolis reliquis* semper ferri portionem contineri, sicque per *atramentum nostrum*, nos semper ferro scribere.

Homborgius & Lemery

(4) Illustrat thesin hanc *analogia* aliarum, quoque *productionum mineralium*, ubi v. gr. (a) *Boyleus* ex mixtura *olei vitrioli* & *olei terebinthina*, lege artis, produxerunt, *sulphur commune*, per omnia *naturali simillimum*. (b) Idem tum *Glauberus* ex *sale suo mirabili*, *pulveri carbonum* ad mixto obtinuit; tum (c) *Godofredus* ex *spiritu sulphuris* communis bene dephlegmato, additisque, tam *anatica*, seu æquali, quantitate *substantia gummosa* ex eodem *sulphure à Homborgio extractæ*, quam *oleo tartari*, lege artis, est adeptus.

Idem illustratur analogia aliarum, tum productionum mineralium, sulphuris communis artificialis, &

Non minus atque doctissimus *Lemery junior* *vitriolum artificiale* curiosorum oculis exhibuit paratum ex *limatura ferri*, & *spiritibus acidis*, invicem junctis. Ad quod etiam faciunt *vitra metallica*, quæ superius

vitrioli

laudato D. *Stahlio* ad repentinas demonstrationes experimentales *conversionis* mineralium & metallorum plus conferunt, quam variæ subtiliores methodi, & luculentius etiam, seu *minus ambigue*.

tum trans-
mutatio-
num, ma-
teriæ & ligni
in lapide

ferri in
cuprum

Ad manus quoque sunt exempla *transmutationum*, tum ex regno *vegetabili* in *minerale*, v. gr. musci & ligni in lapidem, quorum egregia exempla apud Venerabilem Abbatem Mariæ Vallensem & Doctorem ac Professore Theologum celeberrimum, *Schmidium*, Dominum Præceptorem in Curiosis & Hospitem honoratissimum, ut & superius memoratum naturalium Professore *Vagnerum*, antea laudatum Præceptorem, vidimus; tum ex *eodem* regno unius, v. gr. *ferri*, in aliud, nempe *cuprum*, cujus magnum proventum dant fama celebres duo *Ungariae* fontes ad oppidum *Herrn Grund* non procul ab urbe *Neusol* scaturientes, atque *alt und neu Ziment* vulgo dicti, quos curate præfens lustravit, sollicitoque examini subjecit Illustris Anglorum Medicus, D. *Eduardus Brovvn*, in brevi, Anglico idiomate edita, relatione sua aliquot itinerum per varias Europæ partes susceptorum, & per diversa tentamina deprehendit, eos *ferrum* injectum, *non*, uti multis creditum erat, *incrustare* nude, sed per insitam qualitatem vitriolatam revera *transformare* in cuprum, vulgari etiam præstantius, magisque malleabile ac ductile. Cujus veritatem in perelegantibus hujus in *cupri* formam translati massis, jam *prorsus ferreis*, nunc *dimidiam partem*; nunc *in integrum cupreis*, tum apud modo laudatum Venerabilem *Schmidium*, tum Illustr. *Vedelium* non minus curate lustravimus.

Hæc transmutatio proinde, quemadmodum à *Becchero* & *Stahlio* dicta prorsus confirmat; ita multum
ex

ex eo oritur, quoniam cuprum metallum est, cum ferro in multis, ac propius atque cum aliis conveniens. Unde *Beccherus* denuo supplem. sæpius allegato p. m. 667. inquit: *Addendo plus de terra stiptica, cuprum facile in ferrum mutatur; & abstrahendo ex parte à ferro stipticam terram, illud cuprum fit.*

& cupri in ferrum

Neque vero in hoc ignobiliorum metallorum in aurum conversione deficit quoque *sensus & experientia*. Tot enim præsto sunt summorum, integerrimorum, ac doctissimorum Virorum testimonia, qui non modo medium illud, cujus ope *transmutatio dicta peragitur, lapidem philosophorum, verum & transmutationes hæc ipsas viderunt, & propriis suis manibus aurum obtentum tetigerunt*, ut ea in integram dissertationem, *Jason* appellatam, collecta dederit *Experientissimus philosophiæ naturalis in inclyta Academia Kiloniensi Professor Ordinarius D. Hannemann*. Occupant quoque eadem aliquot paginas in superius laudato *Magnifici D. Reyheri*, de auro & argento chimico, schediasmate, ad quas schedas benevolum lectorem volumus ablegatum. Unde recte *Henr. Khunrathus* Lips. Theosophiæ amator & Medic. D. in suo Amphitheatro sapientiæ æternæ solius veræ, scripto ad mirandæ diligentæ, & alias rariori, in forma majori, quam alias *lingvatam* appellant, edito, fig. 3. (quarum 4. huic libro sunt subnexæ) illustratione inquit: *LAPIS PHILOSOPHICUS EST. Hunc enim rerum experientia, omnium etiam sola Magistra, infallibiliter attestatur; cui refragari, nonne esset plus quam stultum? Hunc (ab aliis tamen præparatum) virtuose efficacem vidit, & Pontifex Romanus, & Cæsarea Majestas. Videntur & Reges Orbis terrarum non pauci: nec non imperii Rom, Electores nonnulli. Viderunt & Prin-*

Adest quoque sensus & experientia, tam

aliena, quam

ci-

„cipes aliquot, Comites, Barones, Nobiles, & pro-
 „pter virtutem & doctrinam à Nobilibus proximi
 „Doctores; imo ex omni gente, Judaica, Ethnica &
 „Christiana, statuque & ordine pasim multi tam Ec-
 „clesiastici, quam Politici: Literati pariter atque il-
 „literati, oculis (obstupefcentes Naturæ per artem
 „miraculo) *viderunt, manibus tetigerunt* suis. Sciens
 „loquor. Hos omnes voco testes, tu Physico Chemiæ-
 „Mastix eos interroga, in subsidium veritatis, verita-
 „tis amantes, rem ita habere testabuntur lubentes.
 Optime ergo contra negantes, non multis rationibus,
 sed experimentis ipsis pugnatur ab artem hanc intel-
 ligentibus, & more *Arnoldi de Villa nova*, in Curia
 Romana inspectantibus multis Cardinalibus æs in vir-
 gulas auri commutantis, aurum tale commutatum in
 credulo ostenditur, adjectis verbis, quibus ipse quon-
 dam est usus: *Solve mihi hunc syllogismum.*

Qua de re, cum hinc inde non tantum prostant
 auri hujus per artem facti exempla, verum & modo
 Florentiæ & Monachii Bavarorum, clavi, dimidiam
 partem adhuc ferrei, dimidiam partem autem in auri
 substantiam transsumti; nunc numus uncialis Pragæ
 coram Imperatore Ferdinando II.^{do}; modo lamina ar-
 gentea grandis & crassa rotunda, omnium domus Au-
 striacæ Imperatorum imagines exhibens, spectante
 Invictissimo Cæsare Leopoldo I.^{mo}, ad medium cras-
 sitiei in aurum conversa; iterum præsentate Saxoniae
 Electore cuprum in argentum, dein in aurum fuit com-
 mutatum; imo & paucis abhinc annis & Berolinum,
 & Dresda denuo hujus transformationis admiranda,
 & in publicum nota viderint exempla; denique à no-
 bis ipsis non modo lapis philosophorum, sed & bene-
 ficio hujus confectum aurum *propriis oculis* sint lustrata;
 tum

propria

tum non possumus, quin & aliorum, & nostris sensibus habeamus fidem, & dicamus, *dari aurum artificiale, seu chemicum.*

ergo datur aurum artificiale,

§. XII.

Subiectum hujus transmutationis nominavimus *metalla ignobilia*, v. gr. *plumbum, stannum, ferrum, cuprum, argentum* quoque, quamvis *metallum nobile*, dictum *ignobilius* tamen *auro*. Imo & *argentum vivum* in *aurum* fuisse *conversum*, relationes oppido multæ & fide dignæ confirmant.

subjectum hujus transmutationis sunt metalla ignobilia

Per placita *Beccheri* in superioribus adducta *metalla* non differunt *materialiter*, verum *formaliter*, hoc est, *principiorum* suorum, ex quibus constant, *puritate, majori, fixitate fortiori, coctione longiori*, indeque perfectione ac nobilitate *insigniori*. Ergo ad hanc transmutationem sunt aptissimæ substantiæ hæc *metallica*. Et quoniam *unum* horum metallorum *ignobilium* præ altero possidet hæc principia *magis pura, fixa, atque defecata*, ea propter quoque *unum sulphure adustibili & arsenicali plus liberum, & mercurio cocto, defecatoque, plus abundans*, præ altero, ad hanc *transmutationem* subeundam, erit *magis dispositum*.

non materialiter, sed tantum formaliter ab auro distincta, Unum tamen eidem aptius altero.

§. XIII.

Medium vero, cujus ope transmutatio hæc peragitur, est *Tinctura*, seu *Lapis Philosophorum*. *Tinctura*, quia *metalla* in *aurum* tingit. *Lapis* vero, quia *rubini* speciem visui offert. *Philosophorum*, per *Synecdochen*, quia *Philosophi naturales ac Chيميци* in eodem præparando sunt occupati. Hoc *medium* vel forma *sicca* vel forma *liquida* ab artificibus adservatur, cujus, in *minima quantitate* sumti, stupendam virtutem & efficaciam, modo *metallis, ferro, cupro, argentoque candelactis*, modo *iisdem, plumbo*, v. gr. ac *stanno fufis*; tandem

Medium transmutationis est Tinctura, seu Lapis Philosophorum,

diversa ratione metallis transmutandis additum

G

vero

vero etiam *argento vivo*, sine ignis opera communicatam fuisse, totidem relationibus constat.

simile & Hoc *medium* ex mente *Beccheri* debet ita esse comparatum, ut sit & *simile* metallis transmutandis, & etiam *dis simile* iisdem. Illud, ut detur ingressus in eorum corpora, & associatio ejusdem, contactus non *superficialis*, sed prorsus *centralis* & *essentialis*, atque transmutans se *intime* misceat in *essentiam* transmutandi, quod fieri non potest, nisi *transmutans* sit de *substantia transmutandi*, cum sic natura, naturâ gaudeat, & eandem intimius amplectatur, foveat, atque apprehendat.

dis simile iisdem, ac Hoc autem, ut (*quoniam simile non agit in idem, vel simile*) *contraria* qualitates corpori transmutando inducantur, & *mercurius* metallorum *imperfectus*, naturæ *frigida, humida, liquida, cruda, volatilis impura, per alium mercurium, naturæ calida, sicca, constringentis, coctæ, fixæ, atque puræ*, corrigatur, emendetur, atque in illum gradum nobilitatis deducatur, quo ipsum aurum constat.

nunc forma liquida; nunc sicca ipsis adplicatum Hæc *materia transmutans*, quandoque *forma sicca, pulveris rubicundi*, atque ad instar *rubini splendentis*; quandoque autem *indole liquida* à possessoribus adservatur. Hujus commatis fuit *oleum aureum sendivogii*, quo coram Imperatore *Ferdinando II.* numum uncialem *dimidiam partem* in aurum convertit. Illius vero, *pulvis*, quem (ab alio tamen acceptum) *sacratissima Leopoldi I. Cæsarea majestas*, teste *Becchero*, quondam possedit, & quotiescunque voluit, memorabilem hujus effectum, *veramque transmutationem metallorum in aurum*, propriis oculis vidit. Ut saltem ex pluribus, duas hæc solas commemoraciones, nunc denuo verbo tangamus.

Inte-

Interim difficillima & radiosissima, imo & sumtuosissima opera hunc lapidem tandem ab artificibus obtrineri, testantur ad unum omnes, ab autoribus adducti, hunc elaborandi processus, seu præparationes, vel oratione soluta, vel sermone ligato, prostantes, quorum multos scriptores Hermolaus-Barbarus nominatim protulit, plures vero addidit sæpius laudatus inclytus ac verè πολυμαθής Jctus D. Reyherus cit. tract. p.95. seqq.

cujus præparationes sunt difficillimæ, & radiosissimæ, imo & sumtuosissimæ sermone soluto & ligato prostantes de cujus basi & aliis huc spectantibus Beccherus consulendus.

De hujus tincturæ seu lapidis basi, perinde ac aliis ad præsens argumentum spectantibus multa possent huc vocari. Sed abrumpendum est filum, & benevolus lector exorandus, uti plura ad hanc transmutationis Philosophiam spectantia cumprimis ex sæpius memorati Beccheri supplemento in phyc. subterran. II. do petere haud velit gravari.



SECTIO II.

DE

AURO MEDICO.

CAPUT I.

DE

PRÆPARATIONE AURI AD MEDICAMENTA SOLARIA.

§. I.



Præparatio auri ad medicamenta ex eodem obtinenda consistit in ejusdem *deputatione*, tum à sordibus extrinsecus eidem adherentibus, tum à metallis imperfectioribus eidem *intrinsece* admixtis.

Præparatio auri ad medicamenta consistit in

G 2

§. II.